



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

322. Item de perjurio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

334 RECINONIS LIB. II.

Burchard. lib.  
12. c. 17. Pro uno anno à corpore & sanguine Domini  
segregetur, & reatum suum jejuniis & ele-  
mosynis absolvat. ad caritatem verò , quæ  
operit multitudinem peccatorum , celeriter  
veniat.

Item de perjurio. *Ex dictis Hieronymi.*

Burchard. lib.  
12. c. 16. CCCXXXI. Cum juramento pollicitus  
est Herodes saltatrici dare quodcunque postu-  
lasset ab eo. Si ob jusjurandum fecisse se dicit,  
quid si patris matrisque postulasset interitum,  
facturus esset , annon? Quod in suis ergo re-  
pudiaturus fuit , contemnere debuit etiam in  
Propheta.

De eadem re. *Ex dictis Bedæ Presbyteri.*

Beda homil.  
44. in decol-  
lat. S. Iohan.  
Burchard. lib.  
12. c. 18. CCCXXXII. Si aliquid fortè nos in-  
cautiùs jurasse contigerit , quod observatum  
pejorem vergat in exitum , illud consilio salu-  
briori mutandum noverimus , ac magis instan-  
te necessitate perjurandum nobis quām perfe-  
cto juramento in aliud crimen majus esse di-  
vertendum.

De eadem re. *Ex Pœnitentiali.*

Halitgar. lib.  
4. c. 28.  
Burchard. lib.  
12. c. 8. CCCXXXIV. Quicunque sciens perjura-  
verit , septem annos pœniteat , & post hæc  
communionem accipiat. [ *Vide epistolam Rha-  
bani ad Heribaldum cap. 8.* ]

*Ex Pœnitentiali ut suprà.*

CCCXXXV. Si quis perjuraverit , ultra  
ad sacramentum non admittatur.